



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

50 Iudaeis synagogae quomodo sint permissae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

illæ extra domos Judæorum habitantes eorum infantes lactare, & nutrire valeant

46 Et Christiani Iudæis, † Sarracenis, aut paganis fervientes, sunt excommunicandi, ut in cap. Iudæi, de Iuda. & Aufrer, de potestat. ecclē. super sect. pers. vers. sexagesimo octavo, sub numer. 41. sunt enim & Iudæi de Ecclesia malignantium, sicut hæretici.

47 Hinc dicitur, † duplicem esse Ecclesiam.

Prima, & principalis triumphantium, in qua est status gloriæ sempiternæ, ut Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Ecclesia Sanctorum. Psalm. 149. Prapof. in summ. 15. distinct. Dionys. Carthul. de 4. novis. cap. 58. per tot. & Card. Aræcœl. de Symbo. Apost. cap. 34. sub littera E.

48 Secunda Ecclesia militantium, quæ est fidelium, & Catholicorum collectio, & congregatio Ecclesiastica cap. 3. in princip. cap. Ecclesia. de consecrat. distinct. 1. gloss. in capit. cum clerici, in ver. Ecclesia, in fin. de verb. signific. Tabien. in ver. Ecclesia, §. 1. in princip. in summ. theolog. par. 1. quest. 1. art. 3. dub. 3. vers. quartus locus, & idem Cardin. Aræcœli, eodem cap. 34. sub lit-

49 † Est etiam ecclesia malignantium, de qua David, inquit, odivi ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Psalm. 25. & cap. cum quibus, 24. quest. & hæc est ea congregatio, in qua conveniunt maligni, nempe dicti Iudæi, hæretici, schismatici, pagani, & similia, qui sunt extra gremium Ecclesiæ, & de qua loquebatur David de Philistæis, apud quos exul fuit, a quorum conversatione tamen abstinebat,

ut per Euthim. super eodem Psalm. 25. & de qua etiam Apocalyp. cap. 19. circa princip. ibi, qui judicavit de meretrice magna, quæ est ecclesia malignantium, ut per Dionys. Carth. de 4. nov. ar. 6. circ. fin. Rebuff. super concil. sub tit. de const. in princ. gloss. 1. & Malon. de Sac. Sind. cap. 7. in princ. Hæc est illa ecclesia seditionum flammis plena, quæ non à veritate, sed ab errore sumpsit principia. Illæ pacis æternæ Principem Dominum nostrum Jesum Christum habent auctorem, ista tenebrarum ducem diabolum, qui suas artes, dolos, & machinationes explicat, & versat assidue, ut sub Christo militantes exturbet: in hos suæ ipsius exacuit, vibrat, & contorquet spiculas, suosque immitit, & cruciat satellites, homines perditos, & crucis Christi inimicos, qui Christianam fidem confodiant, Iure merito igitur hujusmodi nefariorum hominum genera malignantium ecclesia vocatur, quæ est à fidelibus quibusque viris evitanda, dicto cap. cum quibus, & c. notandum 24. quest. 3. cum contra nos semper Iudaica, paganica, & hæretica latrat infania, ut doctè scripsit Malon. eodem lib. 6. 15. sub num. 6. vers. Rupertus.

50 Sunt etiam † permixtæ Iudæis in dominiis Principum Christianorum Synagogæ antiquæ, quas etiam collapsas, & ruinam minantes restaurare possunt, non autem pretiosiores, aut ampliores eas exaltare licet, cap. Iudæi. ib. 1. cap. consuluit, de Iuda. & Sylvest. sub verb. Iudæis, num. 9. Novas autem erigere, aut antiquas funditus dirutas in locis, ubi fuerunt antiquæ, ædificare prohibentur, Abb. in eodem cap. consuluit, numer. 3. Flor. de S. Petro conf. 18. num. 14. & seq. ubi dicit † quod Synagoga apud Iebra-